

ram quidem obtigisse, vel agrè concedunt: Sed illam creatis ac finitis donis definire non refor- midant,

36. Reclamant adversa fronte S. Scriptura- rum oracula, & Christus ipse Dominij istius atq[ue] exaltationis plenariam usurpationem su- baturus, disertè petit à Patre glorificari eâ glo- riâ, quam habuerit apud ipsum, priusquam hic Mundus esset Ioh. 17, 5. Quam sane gloriam finitam & creatam appellare, non nisi sacrilegè impius ausus fuerit.

37. Eadem scriptura CHRISTO, omnem potestatem in cælo & in terrâ datam, ac domi- nium concessum in omne, quicquid tūm in hoc, tūm in futuro seculo nominari potest, clatè con- testatur. Matth. 28, 18. Eph, 1, 21.

38. Que sane omnia a finitæ aut creatæ sine potestatis, an verò ipsius divinitatis propria, ac proinde infinita, eterna ac increata dona, qui- vis sanus facile intelligit.

39. Cæterum quemadmodum Confessio no- stra certos quosdam παθολογίας & ὀκενώ- τεως sive exinanitionis actus in specie defini- vit: ita ὑπερψώτως etiam sive exaltatio- nis huius partes certas eadem persequitur. Quas singulas scorsim & breviter considerare ex- pedit.

I. DES.